

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0067

**LOG Titel:** De Subbuteone. Cap. VIII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Hæc est, ab efferata libidine. Nam egressus Agathocles pubertatis annos libidinem à viris trahit ad feminas. Traditur item, quoniam esset perfunctus fato, vxorem querulam flexibilibus modis illud subinde ingessisse, ut d'ez ἡγοσ; ut d'ez ἡμεσ; id est, quid non ego tibi? quid tu non præstisti mihi?


## DE SVBBUTEONE. Cap. VIII.

**S**OLVM Subbuteonis nomen fecit, vt eum Buteoni subiungeremus. Hoc enim nomen Buteone minoris seu inferioris Auis esse videtur. Quamvis & de hoc in Greco præsertim nomine, docti controvstant, vt postea in nomenclaturi latius declarabimus. Alioquin naturæ sue ratione Buteoni longè præponendus erat, vel ipsius Aristot. autoritate, qui *Subbuteones* tradit *appellari in Accipitram genere, qui latiores sunt*. Quinetiam, si verus est Subbuteo, quem Bellonius pro eo obtrudit, hic item, etti Buteone aulto minor sit, hoc tamen nomine Buteoni anteponi meretur, quod generosior, multoq; ad auxipium alacrior, & institutioni aptior esse comparatur. Hanc autem Bellonij sententiam, qua ille nominis quadam, vt opinor, similitudine ductus, Auem Gallis, Hobræu, dictam Hypotiorcha statuit, eò minus impugnandum, aut reiçēdam duxi, quod aliam Auem ex Accipitribus nullam habeam, cui id nominis à doctis aptius imponatur, aut posuisse conuenire videatur. Quamvis vt verum fatetur, genuinum Aristotelis Subbuteonem esse, non ausim assertere, quod ex illius verbis adeò paucis nullum iudicium facere liceat. Nā hoc quod *Subbuteones latiores ceteris* dicit, nobis omnino refutatur. Sed Turnerus quoque non maius, neque latius hoc genus Buteone; sed minus facit, & Subbuteonem esse putat, quem Angli Ringtalum appellant, ab albo circulo, qui caudam circuit, colore inter fuluum, & nigrum medio, Buteone paulo minorem, at multo agiliorem. Hic *Ringtalus Anglorum*. autem à Belloniano & nostro diuersus planè est. In nostro enim nullus circulus caudam ambit. Id tamen Turnero non nihil fauere videtur, quod eum similiter ac Buteonem prædam capere scribit. Ut vt est, nos candidè, quod habemus, lectori luceanter communicamus, & de cetero liberum cuiq; iudicium relinquimus.

30

## SYNONIMA.

**S**VBBUTEONES Græcè dicuntur *ὑποτριπχατ*, sed dubitat Ornithologus utrum apud Aristotelem *ὑποτριπχατ* potius legendum sit, cum & in generibus Aquilarū Gypætus *γυπτριπροφα*. (sic enim codices nostri habent, & rectè quidem) simili nomenclatura dicatur, ea de causa, quia Vulturis speciem referat, vt Aristoteles ibidem scribit. An verò similiter Hypotiorchæ legendū, non eque atterire audet. Coniectura tamen quadam in eam sententiam penè deducitur, quod Aristoteles Aues itas latiores dicit, vt ad latitudinem videlicet Vulturum accedant. Turnerus, vt dixi, & Bellonius, contrà sentiunt. Ille enim Subbuteonem Buteone minorem facit: hic verò ex nomine ipso certum le promovere purat argumentum minoris in Subbuteone magnitudinis. Inquit enim *την* *ὑποτριπχατ* planè oppositam habere significationem illi, quam alioqui plerunq; apud Græcos obtinet. Alibi enim hypo vocabulis additur ad magnitudinem expi mendam, verbi gratia, cum Hypomaratum, Hypofelinum dicimus. Verùm in coloribus designandis, cum subrubrum, aut subnigrum aliquid dicimus, minus tali, & dilutius eo colore tintum intelligi volimus. Eadem significationis viq; in nomine venti, Subsolanus, esse illi particula existimat. Sed quod pace eius dixerim, in duos, eoque graues sanè crottes ex Græca lingua, vt videtur, non planè perspecta impegit. Prior est, quod Græcas hæc voculas dictiōnibus alijs præponi natas augende, aut immundæ significationis gratia, nempe hippo, & hypo confundat, tanquam idem significent, cum sint duæ tñissimæ. Quando enim res significationum augere volumus, non hypo, sed hippo, ei proponimus. Atq; hoc sensu non hypomaratum aut Hypofelinum, sed hippomaratum & hypofelinum dicimus. Hippo enim non fecus, atq; *τοβα* particula in vocibus Bulapathum, Butelimum, rei significatæ aliquid addi. Contrà vero hypo eidem nonnihil detrahit, non vbiique tamen, neque semper, sed tum solummodo quando cum verbis componitur, aut nominibus ab ijdem derivatis, cum substantiis vero nequam, nisi, vt dixi, veribilia sint. Errat item circa nominis huius Avis examen, dum perpetuò minus quipiam denotare dictiōnem opinatur, cui præposito hypo adjicetur. Perpetuam enim



Latina, ut de Græcis probet, exēpla adducit. Diversa enim est Græcæ præpositionis usus vt diversa ratio, à Latina, sub. Hæc non cum verbis iātum & verbalibus, vt illa, componitur, sed & substantius nominibus, vt in Supparus & similibus alijs. Reūtius fecisset, si de Latinis nominibus, cum præpositione sub compositis, hoc dixisset. Hæc enim immunitum aliquid significat. Quod etiam in hac ipsa dictione, Subbuteo, locum habet, quam Plinius pro Græca Hypotriorchis posuit. Quod quidem & ipsum ita sensile, nempe hypo hic significatum immindere, indicio est, vt Hypotriorchis Triorchin significet, aut corpore minorem, aut nobilitatem: qua significatio Cypætos quoque dicitur. Quia ratione moti & nos quoque Subbuteonem, sive Hypotriorchin minorem potius Buteone, quām è contrario statuimus, atq; Bellonij Subbuteonem, oculum alium potiorem non habeamus, acceptabimus. Hic autem ille est, quam Bononienses aucupes, & cæteri Barelo vocant, Galli Hobraeu.

iūto quibus  
nominibus  
ponatur.  
Sub quibus  
nominibus  
ponatur.  
Hypotrior;  
ebis quid  
significet.  
Cypætos.

## DESCRIPTIO.

**H**ANC Auen ab aucupibus Bononiensibus anno 1591. mense Februario coemptam ita descripsi. Lōga erat palmas quatuor. Rostrum ei breue, initio subcæruleum, extremonigrum. Nares teretes & patulae. Superioris rostrum admodum aduncum, acutum, à cuius aduncitatis initio vtrīmq; duæ appendices eminent, & orarum inferioris rostri laterali veluti sinubus digitatum infectæ sunt. Mandibula inferna parte eadem, qua superna, ratione colorata, in extremo obtusa est, & canaliculata. Lingua latiuscula. Palatum colore ferè corneo. Oculi subnigri. Palpebrae subluteæ. Plumæ menti, & gula totæ albæ, & color ille continuus ad ceruicis & verticis post tempora initium, quod minori oculorum cantho ex opposito est, perducitur. Vertex ex cinereo & castaneo obscuro ad nigrum vergit, eiudemq; coloris macula à capite per tempora ad gula latera descendit: item altera eiudem coloris ab initio rictus sub oculis vtrīmq; per gulan in longum protenditur. Collum medium plumula partim albide, partim rubidæ cingunt. Dorsum totum, alæ, collum & cauda è leucophæo ad nigrum tendunt, è quo nonnihil obscuri castanei, dorso præsertim supremo, & extremis alis superficietenus emiscat. Obscuriores camen ale sunt. Alarum pennæ omnes parte interna versus dorsum maculis transuersis, nunc subruffis, nunc subnigris vicissim variant, vti etiam caudæ decem pennæ universæ, duabus tantum medijs exceptis. Pectoris totius plumæ, necnon & ventris medio macula fulsa oblonga notata in oris alblicant. Femora ad popliteis vsque ferrugineis testa plumis, notulis subnigris asperguntur. Crura brevia, subluteæ, tabellis ad vngues vsque intecta. Digihi cū cruribus, præsertim verò cum tibijs collati, longiusculi apparent. Crus totum seu tibia potius ab genu ad aciem vsque vnguum duorum est palmarū longitudine, vti & cauda. Vngues adunci, & insigniter hamati, aterrimi. In pedum planta seu parte digitorum inferiore ex articulo regione tubercula, veluti calli vbiique eminent. Marem esse putabant aucupes, & è Sparveriorum genere. Verùm ouia in dilecta postmodum Aue reperta, contrarium declararunt.

Longitudo.  
Rostrum,

Lingua.  
Palamas.  
Oculi.  
Gula.  
Vertex.

Collum.  
Dorsum.  
Alæ.

Cauda.  
Pectus.  
Venter.  
Femur.  
Crura.  
Pedes.

## VOLATVS. VENATVS.

**B**ELLONIVS venationem huiusc Auis, quam Galli Hobreau vocant, quam in aëre in parvas Auiculas exercet, comparat perlequationi illi, qua pisces maiores in alto mari, in minores vicitus gratia plerumq; vtuntur, iuxta illud.

Li. 2. de A.  
vib. c. 1. 9.

Grandibus exegi sunt pisces pisibus esca.

Quemadmodum enim, inquit ipse, pisces à Delphino inseparari sese sentientes, neque tutò sibi in nativo, proprioq; elemento viuere licere ad aē em seruandi sui gratia configunt, & aquæ superiores petunt, maluntque anceps ab Anatibus, Laris, alijsque summo æquore volitantibus subire periculum, quām in certam perniciem capitali hosti lete in prædam dare: Simili plenè pæctio Auiculis accidit, quas Subbuteo seu Hobreus perlequitur. Huic proprium est, ac solenne, homines, quos Perdicum, aut Coturnicum venationi operam dare consipexit, comitari, supraque capita ipsorum paulisper cleuarum per aēta sequi, hac ipse, vt si Auicula quæpiam Canum vestigantium metu subuolat, hanc nihil tale suspicantem, & ex improviso obuiam rapere queat. Cum itaque Alaudarum omne genus, nempe tam Galerita, quām gregalis, seu non cristata, & pratensis, præterea & similes aliae Auiculae, raro in arboribus sedent, sit vt à Canibus venaticis humi deprehensiæ, quò horum fauicibus se erit.

Hobreus  
Delphino  
comparat?  
Hobrei na-  
tura.

plant, in aethera euolate cogantur. Cum itaque vndeque certum sibi periculum imminere vident, malunt aut viuæ capi, aut Canibus præda fieri, aut dubiam salutem in venatorum & equitum turba lese abendo querere, quam in hostiis iurati & mortalis potestatem venire. Tanta eis fug endi inimici innata est cognitio. Neque sanè eas fallit opinio. Nam pecularis haec est Hobreuo venandratio, et Aniculas non huini, aut in arbore sedentes, sed volantes rapere loeat. Quia de cauâ venatores obseruatos vibicorumq; gentium aut terrarū Subbuteones, seu Hubi eos, comitari semper solent, quasi non ignorent, ab his auiculas humili gaudentes loco exercitari, sibiq; in ærem obuiam mitti. Veruntamen in eo ingenio hunc morem seruat, ut non nisi ad certum quoddam tempus venatores præda spe sequatur, quasi etiam sibi euagari non liceat. Certum itaque & quod visum est, interiuallum itineris emensus, nemorum deniorum, celorumq; oras repetit, in quibus plerunque degit, ac ledes figit.

*Locus.  
barellus.*

Nostrates aucupes suum Barellum ad venandum alacrem & impigrum pro sua magnitudine Perdices, & Coturnices capere afferunt.

## V S V S.

**A**CCIPITRARIÆ venationis discipline non inidoneus est, & ex eorum numero, qui scapo revocantur, & sublimes volant instar Falconum. Per rura quoque, cum ferus etiamnum est, ac iuri sui, vagatur & hoc commodi venatoribus præstat, vt minute volueret hostis in ære pendens conpecti terrore percussa, atque auolare non ausa, ab ipsis potius hominibus se capi quomodolibet patiantur: adeo vt illud, quod ab Aristotele, & Plinio cap. 30. lib. 10. c. 80. apud Thracis venationis sicut ad cœsi Accipitres, quorum opera aues meæ tyrannicas immenitus percussas, terramq; repetentes captantur, in hoc peculiariter Accipitris genere locum habere videatur.

## PERGV M CVM FRINGILLARIO, eundem esse Aristoteli. Cap. IX.

*§ H. c. 36.*

*Accipitres  
qui auctoribus  
incogniti.*

**E**NARRATIS iam ex deno Accipitrum Aristotelis numero, illis speciebus, quæ posteris nobis sq; etiam aut cognita sunt, aut saltē existimantur, restant nunc iij describendi, quorum nomina hactenus nulli adhuc nobis nota. Accipitri ex doctorum consensu imposita congruere compertuntur. Huiusmodi sunt Aristotelis Pernis, Percus, Rubetarius, Lewis. Verum antequam de his sigillatim agamus controvësiam quandam de hoc, quem Aristoteles dicit Accipitrum numero, inter doctos natam ventilabimus, quod ea discussa dicendis maiorem sit lucem allatura. Eorum, quos nominatim ac ordine Philosophus recenset, Accipitrum p. 111. septem ex ipsis authoris verbis omnes diuersi, & singuli solum ac peculiare genus constituer cognoscuntur. At cum preterea in sequentibus a la quatuor adhuc Accipitrum nomina ponat, ipse tamen decem tantum species expresse statuerit, necesse est, vt è quatuor illis ultimo loco recitatis nominibus, duo sint, quæ vnam, & eandem Aueni significant. Verum in vitro binario, posterioriè scilicet, an priori id contingat, admodum dubium est, cum versusque binarij seorsim per coniunctionem copulativam, tanquam si idem significarent, in enunciatio- ne positi videantur. Ita enim inquit Aristoteles: *αλιγηρεα, & Fringillarij vocantur, αιγι λευς & Rubetarij, &c.* Néque verò in vitroq; propositione, utrumq; nomen idem genus Accipitris denotare potest. Sic enim nouem tantum genera contra authoris ipsis mentem recitata comper- tinentur. Ornithologus dum de Leui & Rubetario simul ac semel tractat, neque eos separat, pro ijdēm habere videtur, aperiè tamen sententiam suam non declarat. Bellonius difertè di- uerlos facit, varijs speciebus ea nomina imponēs, vt paulo post docebimus. Augustinus etiam Niphi *λευς, & ερωσολογικη* specie diferte pate vult, & *ειπεν* verò & *εωιζας* minimè. Ego, et si hanc item, meo interposito arbitrio, dicidi posse diffidam; vt tamen, quod sentio, dicam po- tor mihi Niphi videtur sententia, qui Percum & Fringillarium eisdem specie Aves facit. Ete- rim cum Percos, seu portus, vt Ornithologus legendum contendit Percnos, teste Varino, à verbo Greco *επροτζαν*, quod est nigricere, ortum ducat, & ipsa vox oxytona. Percnos nihil aliud, quam nigricantem, aut maculis nigris distinctum significet; vnde nimis Aquila Percno.

*Niphi sen-  
tentia ap-  
prouvata.*